

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Reuerencia a
cum uariis

Cham nuditatem patris irrisit et semen suum in seruitutem perpetuam dampnauit. Absalon quoque Daud de regno expulit et concupinas eius incestauit, sed morte condignas penas luit. Elysei caluicium pueri Bethel irriserunt et duo ursi de saltu ex eis quadraginta duos lacerauerunt, quia puerilis stulticia Iudeorum in Caluarie loco Christum crucifixum irrisit. Sed quadagesimo secundo anno post ascensionem eius duo ursi, Vaspacianus et Tytus, de saltu gencium egressi illusores seuissime laniauerunt.

Glossa Ecclesiastici III. super illud: Honora patrem tuum ut superueniat tibi benedictio et cetera.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Reuerencia a] Augustinus *in marg.* B C M; concubinas] concubians P V¹; quia] et V² L¹ L²; stulticia] studticia (*cor. sub lin.*) C; loco] locum (*cor. supra lin.*) B; super illud *om.* C; superueniat] seruiat B; benedictio] bene B P V¹ V² L¹ L²